



Ab. 127.  
29.





DISPUTATIONIS IX.

*Axiomata*

DE SERVITV-  
TIBVS REALIBVS.

*Sumpta.*

Ex lib. 8. D. tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. C. de servit. &  
aq. I. de servit. urb. & rust. præd. cum  
concord. iuris Saxonici.

*Quæ diuina aspirante gratia.*

SVB PRÆSIDIO

ORTOLPHI FOMANNI

I. V. D. & Pub. P. P.

*Ad diem 8. Septemb. in publico Pandectarum  
Collegio defendere conabitur*

VALENTINVS REICH

IENENSIS.

*Cic. lib. 4. Tuscul. quest.*

Impossibile est in tanta mentium humanarum  
diversitate cuncta ad omnium vota &  
voluntatem fieri posse.

J E N E

Typis Tobia Steinmanni,

ANNO M. D. IC.





NOBILISSIMO PER

antiqui generis splendore summa dignitate  
atque auctoritate veræ virtutis & eruditio-  
nis laude ac variarum rerum usu  
præstantissimo viro

DN.

IOHANNI ADAMO

A ZEDTUVITZ in Neuberck/Krugss  
reudt Aseh & Elster.

*Domino Patrono ac fautori suo singulari mul-  
tis nominibus reverenter colendo*


Exiguum hoc debitæ observantiæ Symbolum  
in grati animi significationem  
mittit, offert, dicat.

Valentinus Reich

lenensis.







# Thesis I.



Ervtus realis est, ius prædij, quò ei prædium alienum seruit. An & vicinitas prædiorum requiritur? N. nisi prædium intermedium seruitutis usum impediatur, quod fieri solet in seruitutibus rusticorum prædiorum.

*d*  
*l. 34 f. 7 & 809*  
*l. 63 c. t. 34*  
*f. 1*  
*Definitio.*  
*l. 63 c. t. 34*  
*23*

## II.

Estque duplex urbanorum quæ urbanis, & rusticorum, quæ rusticis debetur prædijs.

*Diuisio.*  
*l. 63 c. t. 34 f. 30*

## III.

Prædia urbana sunt ædificia inhabitandi gratia facta etiam si extra urbem vel in villa posita sint.

*In juris l. 63 c.*  
*f. 37 f. 42*

## IV.

Rustica vero sunt prædia ipsi agri vel fundi, ædificia quoque, quæ pro rebus, quæ in rei rusticæ fructum sunt exstructa, & quæ pecorum vel fructuum percipiendorum atque reponendorum gratia facta sunt.

## V.

Sunt autem secundum communem Dd. opinionem seruitutes reales aut continuæ, aut discontinuæ, Quam divisionem si quis ad veritatem iuris limare velit, dicet, omnes seruitutes causam habere continuam.

*l. 63 c. t. 34 f. 35*

**A 3 Continuas**





VI.

Continuas vocant, quarum vsus sine facto hominis beneficio naturæ perpetuo actu vel potentia durat.

VII.

Discontinuas sunt, quarum vsus hominis facto habetur.

VIII.

Urbanorum prædiorum seruitutes sunt, seruitus oneris ferendi, tigni immittendi, stillicidij ex parte eius qui eam debet recipiendi, vel ex parte eius, cui debetur auertendi, altius tollendi, officiendi luminibus, fumi immittendi, &c.

IX.

Inde seruitutes dispescunt in affirmatiuas, vt altius tollendi, stillicidij auertendi, & negatiuas, vt altius non tollendi, stillicidij non auertendi. At iure libertatis naturalis licet ædificia in infinitum tollere? Si cessa vicino seruitus altius tollendi, non tantum remissa intelligitur seruitus altius non tollendi, sed præterea acquisita noua seruitus altius tollendi.

X.

Oneris ferendi seruitus est ius, quo prædium urbanum vicini onera necessaria ædium nostrarum pariete vel columna tenetur ferre. Hanc qui debet illius columnæ & parietis etiam collapsi refectionem speciali iure cogi potest.

XI.

Tigni immittendi seruitus nobis *Tramrecht* est ius, quo domino ædium dominantium tignum in vicini parietem vt ibi requiescat, immittere licet.

Quid

*Not. ad disp. coll. 1616 f. 91*

*Disp. m. 10 Inst. 24. 11 lit. f. 41 213*

*lib. 8 ff. 2 f. 22*

*Exempla seruitutum urbano-rum prædiorum.*

*Not. ad disp. coll. 1616 f. 42*

*Continuas*



XII.

Quid si paries communis, & nouum immittitur tignum, num id iure seruitutis fit? Si paries ad eiusmodi onera ferenda extractus sit, tunc communionis potius, quam seruitutis iure id fit.

XIII.

Stillicidij auertendi seruitus est ius, quo vicinus aquam pluuiatilem in tectum suum cadentem auertit in tectum, aream vel cloacam vicini. Sic fluminis <sup>recipiendi</sup> auertendi seruitus est, cum vicinus pati cogitur, vt ex alterius canalibus & alueis aqua pluua in aedes vel aream suam cum impetu labatur, An hanc recipiendi stillicidij seruitutem debens aedificare potest in loco, in quem cadit stillicidium? N. An ius stillicidij auertendi habens per tegulas, potest adhibere canalem, stillicidium dimittere, aut producere? N.

Disput. 10 Inst. th. 11  
l. 1. f. 213

XIV.

Seruitus non auertendi stillicidij est ius, quo quis stillicidium suum in aedes vicini auertere prohibetur. Ad quem refectio stillicidij pertinet? Ad dominum stillicidij. Num callapsa domo, ex qua stillicidium cadit, seruitus extinguitur? N.

Disput. 10 Inst. th. 11  
l. 1. e. f. 213  
cadens

XV.

Num proijciendi & protegendi seruitutes inter se differunt? Contra Coras. Aff.

Transit. ult. Disput.  
17 ff. 3

XVI.

Vnane seruitus, ne quis aedes suas altius tollat & ne luminibus vicini officiat? Contra Cuiac. neg.

XVII.

Est ne alia seruitus, ne luminibus officiat, & alia luminum? Aff.

l. 6 §. 2. pand. ff.  
2. ff. 27

A 3

Inter



lib 8 pand 1. 2 f  
17

XVIII.

Inter proiecctum & protecctum interest, quod inter genus & speciem. Proiecctum enim est quod emittitur extra parietem nostrum, vt nusquam alibi conquiescat, siue tegendi parietis, siue edificij alicuius supra id proiecctum imponendi causa id fiat.

XIX.

d. f. 17 Protecctum, cum tigna emittuntur è nostro in alienum tegendi tantum parietis causa.

XX.

lib 8 pand 1. 2 f  
27

Servitus ne luminibus officiat incommo- dum nostrum propulsat ne liceat lumen ædium nostrarum minuere.

XXI.

Servitus luminum est ius, quo vicini incommo- dum ad nostrum procuramus commodum, dum vicini cogitur fenestram apertam habere, aut foramen in suo pariete, quo meæ ædes lumen cœli hau- riant. d. f. 27

XXII.

d. 2 f. 27

Licet ne illi, cuius paries apertus est fenestram ha- bere ex qua in alienum inuito domino prospiciat? N. lanuam vero de nouo aperire in publico conces- sum.

XXIII.

Num & diuersæ servitutes, prospectus, & ne prospectui officiat? A. Prospectus enim præstatur, si eum non habeo; servitus vero, ne prospectui offi- ciatur præsupponit prospectum.

XXIV.

Inter rusticas servitutes referuntur, non tantum illæ, de quibus inter omnes constitit, quod prædio- rum





rum rusticorum seruitutes sint: verum etiam, de quibus dubitarunt veteres Prioris generis exempla sunt iter, actus, via, aque ductus.

XXV.

Iter est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum. Nec admittenda Hottomanni correctio pro iumento legentis armentum. De iure Saxo. **Soll ein Steg haben in die weite drey Füsse breit.**

*Disp. 10 Inst. th. lib. 8 p. 10 d. 3. fol. 1 & seq.*

*notis finalibus lib. 3 c. 1 in 39 f. 38*

XXVI.

Actus est ius agendi iumentum vel vehiculum. Hic quoque contra Hottom. retinetur vox iumentum. Quod ius qui habet, etiam iter habere intelligitur, non quidem principaliter, sed per consequentiam.

*lib. 8 p. 10 d. 3 f.*

XXVII.

Via est ius eundi & agendi, & ambulandi. Via enim in se & iter & actum continet. Quam definitionem propugnare conabimur contra eos, qui in locum vocis eundi substituunt vehendi.

*d. 1. 3 f. 5 & seq.*

XXVIII.

Latitudo viae ex L. 12. Tab. est, quod in porrectum octo pedes habet, in anfractum siue in flexum propter vehiculorum vertendorum facilitatem sedecim, Sic de iure Saxo. **Soll des Königs Straß also breit sein, das ein Wagen dem andern weichen möge.**

*d. 1. 3 f. 9 & seq.*

*Disp. m. 10 Inst. th. 8 in notis lib. 1 c. 1. 20 d.*

XXIX.

Viam triplicem constituunt, publicam, privatam, & vicinalem, Publica, quae in solo loco publico existit,

*d. 1. 1. 8 lib. 1 a*





Harkul. in pand  
Disp. 20 ff. 32

d. Disp. 20 ff.  
33

existit, per quem an pontes facere privato liceat, am-  
bigunt, N. Via publica aquarum impetu destructa,  
num fundo vicini uti licet? A.

XXX.

d. Disp. 20 ff. 31

Priuata, quæ est in solo priuato, cui seruitus im-  
posita est, ut ad alterius agrum ducat. Vicinalis, quæ  
in vicos ducit.

XXXI.

lib. 8 pand t. 3 f. 12

Aquæductus est ius aquæ ducendæ per fundum  
alienum. Quæritur, an ius aquæ ducendæ sit reale, A.  
nec in l. Lucius, 37, in fin. ff. de seruit. rust. præd. ser-  
uitus concessa.

XXXII.

Disp. m. 10 iust. ff. 10

Posterioris generis sunt aquæhaustus, pecoris ad  
aquam appulsus, ius pascendi, calcis coquendæ, &  
arenæ fodiendæ.

XXXIII.

d. ff. 10 lit. a.

Aquæhaustus est ius hauriendi aquam est è flumi-  
ne vel puteo alicuius priuato pro fundi nostri utili-  
tate.

XXXIV.

d. ff. 10 lit. b.

Controvertitur, num aquæhaustu dato iter  
ad hauriendum, & itinere ad fontem concessio, aquæ-  
haustus intelligatur concessus. A.

XXXV.

Harkul. d. Disp. 20

ff. 30 & lib.  
8 pand t. 3 f. 12

Ius pecoris ad aquam appulsus est ius pecus su-  
um ad fontem vel flumen priuatum alienum agendi,  
ut inde bibat.

XXXVI.

Notand. ad Disp. iust.

av. 1610 f. 104  
th. 71

Seruitus pascendi est ius pecus suum in fundo  
alieno prædij sui causa pascendi, nobis Triffrecht  
oder



9.  
oder Hutweide/de qua eleganter Cou.t. 2. pract quaest.  
37. tractat.

XXXVII.

Queritur an proprium habens agrum collectis  
frugib. prohibere possit, quo minus alij sua animalia  
pascendi gratia eo mittant, A.

Sup. m. 10 d. 10  
th. 10 in notis  
publ. c. fol. 209  
in pr

XXXIIX.

Dubia hic emergit quaestio, num iuravenandi,  
aucupandi, lignandi & piscandi in nemore, & fluvio  
alieno aliaque consimilia jura ad servitutes reales, an  
vero ad iura personalia referenda sint? Prius defen-  
dere conabimur.

l. 6 § pun d 2. 3  
fol. 26

XXXIX.

Constituuntur autem servitutes vel conventio-  
ne inter vivos, vel ultima voluntate. Ac patientia do-  
mini, pro traditione est. Num & vsucapione consti-  
tuuntur? A siue servitutes causam continuam, siue  
discontinuum habeant.

num ipso iure non ad d. 10  
null. at 1018 fol. 122  
num ad d. 1018  
Causa eff. n. 99. 2 fol.  
1616. f. 118  
120 ff. 100  
m d. notis fol.  
123  
ff. 107. 2 fol.  
125 ff. 113 2 sm  
de vsucapione lib. 3. c. 2 397 80

XL.

De titulo quaesitum fuit, num is in vsucapione  
servitutum sit necessarius? Negativam utpote com-  
munem tuebimur.

lib 3 c. 2 397 7

XLI.

Sed de iure Saxon. iura incorporalia 30. annor.  
vnius anni, & sex septimanar. spacio praescribun-  
tur.

in notis d. 10  
fol. 124 ff. 117

XLII.

Materia siue subiectum in quo servitutum est  
praedium alienum.

Materia

XLIII.

Ex tempore, ad tempus, vel sub conditione ipso  
B iure



In forma vid. Disp. m. 10 disp. 13. 13

**Forma.** iure non constituuntur servitutes, contra quam iuris subtilitatem prodest pacti vel doli exceptio.

XLIV.

**Finis.** Disp. m. 10 disp. 14. Finis est, ut dominanti prædio comparetur utilitas. Num vero servitus constitui possit, quæ prædio dominanti nullam commoditatem afferat inter interpretes vehemens est concertatio. N.

Hach. m. Disp. 7 th. 10 lib. 3 c. 1. 34 f. 18

XLV.

**Effectus.**

lib. 3 c. 1. 34 f. 98

Vtrum ob servitutes rusticorum prædiorum æquæ ac urbanorum novum opus nunciari possit, confligunt interpretes. In affirmatiuam inclinamus.

XLVI.

Controuertitur etiam, an servitutes oppignorationem admittant? quod N.

XLVII.

Nov. ad Disp. null. ac 1615 f. 127

Competit autem nomine servitutum acquisitarum actio confessoria & negatoria.

XLVIII.

in nono

Quæstionis est, an contendens ius sibi esse alius tollendi ædes, confessoriam instituere possit? A.

XLIX.

in nono d. 2. by anno 1615 138 ff. 144

Amittuntur denique servitutes confusione prædij dominantis & seruiantis, remissione, verbis vel facto declarata, concessione, actus debitæ servituti contrariis, conditione per legatum existente, negligentia quoque non vrentis, & usucapione liberatis.

L.

**Pugnantia** lib. 3. c. 1. 33 f. 139

Num interitus rei, quæ servitutem debet, sit modus amittendi realem servitutem, non satis expeditum est. Cum negantibus sentimus.

COROLLARIA







## Corollaria.

1.

Quando vetus ædificium fuit humilius, altius ædificare prohiberi potest etiam in suo domum extruens (a)

(a) *l. qui luminibus 1 1. in pr. ff. de serv. urb. præd. l. 1. C. de servit. Et aqua Et l. fin. ff. de serv. urb.*

2.

Servitus quidem ita afficit prædium, ut per omnes eius partes debeatur, & totum prædium serviat (a) eligenda tamen est pars, per quam eatur (b)

(a) *l. si mihi 2 1. ff. de servit. rust. (b) l. certo 1 3. s. si totus 1. in fin. ff. d. servit. præd. rust. Don. lib. 1 1. comm. c. 1 3. in fin.*

3.

Cuiac. (a) legem Imperatores 14. ff. de servit. urb. præd. corrigit, pro verbis: quæ nulli servitutum debet, legens quæ luminum servitutum debet. Correctione non opus esse defendemus (b)

(a) *in*



(a) in lib. 1. obs. c. 4. (b) Robert. lib. 2.  
rec. lect. c. 20. Hotom. lib. 2. resp. amicab.  
c. 5.

Quæritur

An actio confessoria & negatoria non  
tantum pro servitutibus: sed etiam pro alijs  
iuribus incorporalibus asserendis seu neg  
gandis competant? Negat Vaudus (a) Affir  
mativam sententiam tueri conabimur. (b)

(a) lib. 2. q. 27. (b) arg. l. 9. §. 2. in  
fin. ff. de damn. inf. Costal. ad l. 1. ff. si  
serv. vindic. Ergo etiam pro iurisdictione  
& iure patronatus Guido Papa decis. 28.  
Schurff. cent. 1. cons. 78.

F I N I S.





Kc 3192

8<sup>o</sup>

(X2217985)

VO 12

MC









DISPUTATIONIS IX.

*Axiomata*

DE SERVITV-  
TIBVS REALIBVS.

*Sumpta.*

Ex lib. 8. D. tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. C. de servit. &  
aq. l. de servit. urb. & rust. præd. cum  
concord. iuris Saxonici.

*Quæ diuina aspirante gratia.*

SVB PRÆSIDIO

ORTOLPHI FOMANNI

I. V. D. & Pub. P. P.

*Ad diem 8. Septemb. in publico Pandectarum  
Collegio defendere conabitur*

VALENTINVS REICH

IE N E N S I S.

*Cic. lib. 4. Tuscul. quæst.*

Impossibile est in tanta mentium humanarum  
diversitate cuncta ad omnium vota &  
voluntatem fieri posse.

J E N A

Typis Tobia Steinmanni,

ANNO M. D. IC.

B.I.G.

Farbkarte #13